



CL. MARNIVS P E T  
IO. AVBRIVS L E  
C T O R I S.

**I**MVLATQVE Diosco-  
ridis operum editioni co-  
lophonem imposuimus, in  
qua Græco contextui Cl.  
viri Iani Antonij Saraceni Latina in-  
terpretatio noua ex aduerso respon-  
det, addunturqe per quā n eruditā e-  
iusdem Interpretis Scholia, cūm aliis  
quibuscumque, tum vel maximē Lin-  
guę Græcę studiosis plurimūm, uti  
speramus, profutura: eandem illam li-  
brorum de materia Medica & de Ve-  
nenis Latinam versionem separatim  
hac Enchiridij forma in lucem emit-  
tere visum est, in eorum gratiam, qui  
& sumptibus parcere cupiunt, & de

lingua Græca haud ita sunt solliciti.  
Tu, si placet, hoc nostrum consilium,  
tanquam ab iis profectum, qui tuis  
potius quam suis commodis ita con-  
sultum voluere, grato animo inter-  
pretaberis. Indicem præterea morbo-  
rum & Symptomatū, quibus à Dio-  
scoride remedia è simplicibus petita  
intus forisque accommodantur, li-  
benter adiecssimus, itēmque eius-  
dem Autoris Parabilium libros: sed  
veriti sumus, ne liber Enchiridij for-  
magam excederet. Si tamē imposterūm  
desiderare te intellexerimus, hac  
eadem forma seorsum excu-  
dendos curabimus. His-  
ee interim fruere  
& vale.

